



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

III. De bona Fide.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62656](#)

hospitium: vel præcisè, quia ita lubet, ut  
est accessus ad tabernam vel officinam pro  
vino, cerevisia, pane, aliisve rebus ad vi  
tum necessariis, aut mercibus emendis,  
vel ad molendinum, aut furnum pro triti  
co molendo, aut panibus excoquendis:  
vel, quia à Natura aut Jure publico, omni  
bus aliquid permittente, concessum &  
communum est, ut fructu elementorum,  
commeatio per viam publicam exerceri,  
vel omitti solent, ut aliis DD. relatis eos  
explicant Mascardus de Probat. conclus.  
1221. n. 2. & 3. cit. Rath. cap. 4. n. 6. lit. e.  
& præalii accuratè Hæringius de Mo  
lendinis q. 21. n. 20. Ratio autem, cur  
ex hujusmodi actibus allegata, in iisque  
fundata possessio ad præscriptionem non  
sufficiat, ea est; quod per actus ita exerci  
tos vel omisso, hoc ipso; quod non quasi  
ex obligatione, vel eos exigendi jure alte  
ri competente, sed omnino liberè exerce  
antur vel omittantur, eorum exercitum  
vel omissionem exigendi jus non possidea  
tur: sine possessione autem, ut dictum,  
præscriptio non procedat. Quare, qui  
convivio vel hospitio quantumcumque tem  
pore exceptus fuit, convivii aut hospitiij  
jus non præscriptum: neque aduersus eos,  
qui molendinum, furnum, officinam, vel  
tabernam longissimo & immemoriali e  
tiam tempore accedere omnino liberè for  
liti sunt, aut per viam publicam ire soliti  
non sunt, ut impoterum ad illa accedant,  
aut per hanc itione abstineant, est præ  
scriptum. Nisi hujusmodi actus exercitu  
vel omisso fuissent quasi ex obligatione,  
aut jure alteri competente: sicut contin  
geret, si qui hospitium vel convivium di  
præbuisset, cum id non præbere vellet, in  
terpellatus: aut, qui ad molendinum, fur  
num, tabernam diu accessit, cum aliam  
frequentare inciperet, prohibitus acqui  
sceret; ab eo enim tempore, quô hujus  
modi interpellationi aut prohibitioni ac  
  
24.

quiescit, convivii aut hospitiij præben  
di & ad molendinum, furnum &c. acce  
dendi jus aduersus acquiescentem possi  
deri & præscriptio currere incipit: & ad  
convivium invitatio, atque ad ista accel  
sus meræ facultatis actus desinunt esse, ut  
præter cit. DD. tradunt Cravetta de Au  
tig. temp. p. 4. §. ult. à n. 39. Covarruvia  
cit. p. 2. §. 4. n. 6. & Laiman. Lib. 3. Tralib.  
cap. 8. n. 8.  
Neque quartò ad Præscriptionem sufficit possessio interrupta: sed esse de  
bet totò tempore à Jure requisito, five in  
una, five in diversis personis, quarum una  
eam in aliam transtulit, vg. in testatore &  
hærede, donatore & donatario, empore  
& venditore &c. continuata ita; ut re  
à testatore, donatore, venditore ulcipi  
cpta, antequam ab ipsis ad hæredem, do  
natarium, empotrem pervenerit, possella  
non sit ab alio, c. Illud 8. b. 1. Usucap. p  
1. Possessio 20. l. Non solum 33. §. 4. s. 4.  
Usucap. §. Diutina 12. §. Inter 13. Insti  
cid. Et. Quomodo autem interru  
patur, infra statuetur.

## ARTICULUS III.

## De Bona Fide,

## SUMMARIUM

26. Hac ad Præscriptionem exigitur re Canonico,
27. Leges Civiles corrigentes;
28. Quod effert fomentum peccatorum.
29. Bona fides secundum aliquos in for  
mula Seculari,
30. Et ad immemoriam,
31. Atque incorporalium præscriptio  
nem necessaria non est.
32. Verius, sine ea in Foro etiam Secu  
laris,
33. Immemorialis atque incorporalium  
ibid. Iepas

34. Ipsius etiam Jurisdictionis præscriptio non procedit.  
 35. Liberato à servitute rustica & pauperia,  
 36. Extinctio redhibitoriae & quanti minoris actionum,  
 37. Sicut & Consuetudo propriæ dictæ præscriptions non sunt.  
 38. Non prescribit dubitans, an res sit sua:  
 39. Nisi dubium primùm supervenerit possessioni,  
 40. Et hac sine peccato continuetur.  
 41. Bona fides fundatur in facti:  
 42. Non etiam in Juris ignorantia, saltem crassa.  
 43. Ad illam tamen sufficit inculpatio dubij,  
 44. Et in quibuscum personis etiam clavis Juris ignorantia:  
 45. Quacum cetera, non Ordinariis,  
 46. De Jure etiam Canonico:  
 47. Sed extraordinarii solum tempore præscribunt.  
 48. Bona fides auctoris prodest successori cuiusvis.  
 49. Singulari, licet illius mala fides non obesse veteri,  
 50. Recentiori tamen Jure aliquando etiam ipsi,  
 51. Et multò magis Universali successori, non mediato:  
 52. Sed immediato duntaxat nocet.  
 53. Nisi in dignitate vel beneficio successerit,  
 54. Vel ipsius titulum habeat aliando quam à defuncto.  
 55. Vel suam tantum longissimi temporis possessionem computet.  
 56. Malam fidem antecessorum civitatis &c. successoribus obesse quidam affirmant:  
 57. Alii DD. probabilius negant.  
 58. Domino non nocere mala fides servit,
59. Rem non suā, sed ipsius nomine euentis,  
 60. Neque Ecclesia mala fides Prelati,  
 61. Prescribenti obstat mala fides, etiam reflecta non domini:  
 62. Bona fides in judicio alleganda:  
 63. Non etiam probanda est à posseſſore:  
 64. Nisi iste deſtitutus fit titulus,  
 65. Vel bona fidei preſumptione contraria indicis elidatur:  
 66. Vel rem alienam detinere propriis instrumentis convineat.

**A**ltera & ad Præscriptionem, de 261  
 Jure saltem Canonico, omnino necessaria conditio est Bonae Fides, sive bona & illæsa conscientia circa possessionem rei alienæ, ut suæ; quod possessor omnino existimet, eam esse suam, e. Vigilanti s. &c. fin. cuius tenor est. *Quoniam omne, quod ex fide non est, peccatum est, Synodali iudicio definitius, ut nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam Canonica, quam Civilis.* Cū generaliter sit omni Confessioni atque Confucianisti derogandum, qua absque mortali peccato non potest observari. Unde oportet, ut qui prescribit, in nulla tempora parte habeat conscientiam rei alienæ.

Quā utique saluberrimā Constitutio ab Innocentio III. in Concilio Lateranensi correcta & abrogata sunt leges Civiles, bonam fidem ab initio duntaxat, sive ad inchoandam, non etiam ad perficiendam longi, l. Unica C. de Usucap. transform. & s. Diuitina 12. Inst. de Usucap. ad longissimi autem temporis 30. vel 40. annorum præscriptionem, ne ab initio quidem, exigentes: atque eum etiam, qui rem illo tempore toto malā fide possedisset, adversus quemcunque petitorem exceptione perpetua munientes,

N. n. 3      4. Si quis

*I. Si quis 8. §. 1. C. de Praescript. 30. vel  
40 annor. secundum ejus expositionem  
à Gratiano traditam post can. Placuit  
15. §. Potest V. Quod si mala, 16. q. 3. Ho-  
die itaque ad quamcunque præscriptionem  
nem necessarium est; ut res toto tem-  
pore definito, bona fide sit possessa ec.  
citt. cisque confona Reg. 2. in 6.*

Neque hanc Juris Imperialis corre-  
ctionem difficultem reddit, quod ex una,  
relata aliaque ipsius leges malæ fidei pos-  
sessionem, ejusque continuationem nul-  
piam approbarin; ex altera vero parte,  
res, postquam secundum ipsas etiam cum  
mala fide præscripta est, sine peccato re-  
tineri potuerit à præscribente, qui ejus  
dominium conlectus est auctoritate le-  
gis, latet ob utilitatem publicam, scilicet  
ad diminuendas lites & tollendas  
incertitudinem dominorum, *l. 1. ff. de  
Ufucap. & l. fin. ff. pro Socio;* & propterea  
non appareat, in quo dictæ *ll. sunt cor-  
rectæ;* cùm *c. fin. cit.* solūm derogetur  
*Constitutionibus & Consuetudinibus,*  
que absque mortali peccato non possunt  
observari. Quia hoc non obstante *ll. citt.*

*correctione necessaria fuit;* quod illæ, et si  
malæ fidei possessionem directè non ap-  
probarent, peccata tamen in animarum  
perniciem foverent, homines ad ejusmo-  
di possessionis continuationem invitandò  
& alliciendò spe lucris, scilicet dominii re-  
rum ita possessorum, quasi injustitiae præ-  
sumi, post certorum annorum lapsum fir-  
miter consequendi. Quod peccatorum  
non leve fomentum laudata Conciliari  
Constitutione sublatum est, sublatâ &  
irritatâ præscriptione, que mala fidei  
possessione aliquando niteretur, ut cum  
Soto Lib. 4. de Jusititia q. 5. art. 8. inc.  
fin. cit. eruditè adnotarunt Barboza n. 4.  
& Gonzalez n. 15. Unde

Dubium oritur, an *c. fin. cit.* dispo-  
sitione in omniforo observanda sit: & re-

rum quarumcunque præscriptionem  
comprehendat.

Fuere enim primò DD. qui eam in 2.  
foro solum Ecclesiastico observandam,  
existimarent cum Glossa in c. cit. V. *Quam  
Civilis,* cùm; quod legibus Civilibus,  
præscriptionem cum mala fide perni-  
tentibus, ejus textu exprefse non sit de-  
rogatum: tum verò quod ubi *Jus Ca-  
nonicum à Civili divertit, utrumque in  
suo;* ac proinde illud in Ecclesiastico, hoc  
in Seculari foro videatur observandum.

Secundò, alii cum Decio in *l. Tra. 3.  
ditionibus 20. C. de Pañis, n. 12. & Sa-  
lyceto in l. Se aquam 2. C. de Servitu,*  
existimunt præscriptionem immemoralem  
partim, quod ita habeat vim privilegii,  
ex certa scientia à Principe concessi, &  
authoritatem multò majorem, quam alia  
præscriptiones arg. c. 1. in 6. tum verò;  
quod ejusmodi præscriptioni & confe-  
tudini constitutione etiam generali non  
derogetur, si expresa ejus mentio non  
sit, per tradita à Panormit in *c. fin. &  
Confuetud. n. 35. & Covarruvia Lib. I. cap.  
13. n. 5.*

Tertiò, rursum alii cum Bartoli in *31.  
l. Sequitur 4. §. 27. ff. de Ufucap.* eandem  
ad res incorporeas non extendi; ac pro-  
inde istas cum mala fide hodieque pra-  
scribi, docent; quod *c. fin. cit.* Resili;  
*Qui rei habeat conscientiam aliena, &  
c. Vigilanti cit.* Prædia cum mala fide pra-  
scribi prohibeantur: Rei autem nomine  
strictè accepto veniant solæ corporales,  
ut vg. prædium est; ac proinde *c. citt.*  
Juris Civilis correctioris dispositiones al-  
jura, actiones & cetera incorporealia non  
extendantur. Quæ Opinio non parum  
confirmatur. Primò decisione c. 1. Se-  
cundùm quam Episcopus locum, a te ad  
unitatem Fidei conversum, sive jurisdic-  
tionem in eum triennio præscribit,  
quantumvis, eum alterius jurisdictioni  
subjectum

subiectum, sciat. Secundò; quia libertas à rustica servitute vg. viae, aut aquæ ductus per fundum, ab istius domino adversus alium, eā decem, si præfens: si vero absens sit, viginti annis, cùm posset, non utentem, præscribitur: quantumvis ille sive fundi dominus servitutem competeret sciat, ut colligitur ex I. Sicut 13. C. de Servitut. verbis, Ut omnes servitutis rusticæ non utendò amittantur, & tradit Lessius Lib. 7. de J. & J. cap. 6. n. 12. Tertiò, simili modò exemptio à pena vg. mercium, ob non solutum negligal commissarum & filio debitaram, à reo, hujusmodi sui debiti & commissonis conscio, præscribitur, I. Neque 2. C. Vetus. & commiss. Quartò, venditor, rei vendita vitium sciens, ac proinde cum mala fide, actioni Redhibitoria seu mensum, & Actioni Quanti minoris unius anni, imò in Bavaria actioni utriusque quatuordecim dierum spatiò præscribit; ut emptor, qui, si rei vitium scivisset, eam vel omnino non, vel non tantò pretiò empturus fuisset, non audiatur, si post illius temporis lapsum agat ad redhibitionem, & venditionis rescissionem, vel restitucionem ejus quanto minoris rem emisset, si vitium scivisset, I. Scindum 10. §. fin. I. Redhibere 21. ff. de Edilit. edit. & Landrecht Tit. 6. art. 4. Quintò, subditi contra legem, tam Ecclesiasticam, quam Civilem, præscribunt, eisque obligacionem contrariâ confuetudine tollunt, non obstante illius scientiâ & mala fide, quâ contra eam agentes peccant, Balbus de Præscript. p. 1. q. 10. n. 7.

32. Sed multò verius, c. fin. cit. dispositionem in omni Foro observandam: eaque omnem propriè dictam, etiam immemoriam, rerumque incorporalium præscriptionem comprehendit, cum Franco in Reg. Posseffor cit. à n. 14. & Felino in c. fin. cit. à n. 1. defendant cit. Balbus

p. 2. p. 3. pp. q. 13. à n. 1. Covarruvias in Reg. cit. p. 1. §. 8. n. 4. & §. 11. num. 3. Molina Tract. 2. de J. & J. disp. 66. n. 5. Haunold. Tom. 1. de J. & J. Tract. 5. n. 291. & communiter alii TT. & JCT. Quod c. fin. cit. Conciliaris dispositio etiam in foro Seculari observanda sit, satis exprimat textus, dixerit irritans præscriptionem, etiam Civilem, quæ bona fide ullò possessionis tempore non nitetur: & generaliter derogans præscriptionem spectantibus Constitutionibus & Confuerudinibus, quæ absque peccato lethali observari non possunt: cujusmodi, quæ præscriptionem spectabant, vel maximè, imò sola erant leges Imperiales, peccata soventes, eam cum mala fide permittendò. Id ipsum evincit ratio; quia, cùm de periculo animæ & vitando peccato agitur, Jus Canonicum, etiam Civilis correctiorum, in utroque, tam Seculari, quam Ecclesiastico foro observandum est, per tradita in Proemio n. 159.

Quod eadem c. cit. dispositio etiam 33. immemoriam rerum incorporalium præscriptionem comprehendat, iterum perspicue habet textus, quò relatâ Constitutione Innocentius generaliter omnino, Nulla, inquit, valeat sine bona fide præscriptio: & suadetur ratione; quia cum mala fide conjuncta quæcumque, etiam immemorialis & incorporalium, præscriptio conjuncta est cum peccato: quo cum conjuncta generaliter omnis præscriptio c. cit. irritatur. Unde corrunt rationes pro immemoriali & incorporalium mala fidei præscriptione; quia imprimitur tam dispositionis verbis Omne & Nulla, quam rationis, quâ ea nimirum generalitas, omnem: imò ista sive ratio præ aliis longissimi & immemorialis temporis præscriptionem, sine ulla exceptione comprehendit; cùm peccatum tanto gravius sit, quanto diutius animam detinet

alligatum

alligatam, e. fin. de Consuet. sicut vēl māximē accidit, quando res aliena cum māla fide longissimo & immemoriali tempore possidetur, e. fin. cit. pr. de Consuet. ut cum Covarruvia cit. §. 8. n. 9. & aliis notat Barbosa in c. fin. cit. n. 6. Deinde; quia ejus dispositio favorabilis, & propter extendenda potius est, quām restringenda; cūm per eam consulatur conscientiū hominū & animalium periculis obvietur: cujusmodi constitutions, etiam correctorias, favorabiles & extensionis patientes esse, cum Bartolo in Auth. Sacra menta C. Si adversus vendit. & Franc. l. cit. n. 8. communis sensus est DD. Et demum; quia præscriptio immemorialis vim tituli & privilegii cōfolum casu habet, quō possesso tanto tempore bona fide & sine peccato est continuata, Palao Tract. 13. disp. Unic. p. 22. §. 6. n. 2. & Pitthing ad hanc Rubric. n. 49.

34. Neque cum mala fide incorporalia præscribentem tuerunt confirmationes, Prima; quia in calu e. cit. Episcopi possesso non est mala fidei; cūm conjuncta non sit cum peccato: & in favorem Fidei atque odiūna negligentiā permisita à Canone, sive concilio Milevitano cap. 24., sicut triennali non majorem & nullo sufficiat, ita etiam hujusmodi, cum Juris quidem alieni scientia conjunctam, sed non peccaminosam possessionem ad e. Iusmodi loci sive jurisdictionis præscriptionem admittentis; ut adeo de hujusmodi possessione procedat, l. Iustit. 11. ff. de Adquir. posses. Covarruvias cit. p. 2. §. 11. n. 3. & aliis relatis Barbosa de Offic. Episc. alleg. 131. n. 16.

35. Secunda & tertia partim; quia illæ, tam servitutis rusticæ, quām mercium aut alterius p̄enæ coñissiones non sunt propriè dictæ præscriptions, propter effectum ad has reçipiæ possessionis; cūm ab ejusmodi servitute immunitas sive lis-

bertas & à poena exemptio verè aut quā si non possideatur à præscribente, hoc ipsò; quēd servitute uti volentes prohibendi, & poenam, si exigatur, non solvendi animum nunquam habeant: sed loquimodō vicinum, ut illā utatur, non admoneant, & hanc ultro non offerant: partim verò; quia, etiam si immunitatem à servitute & à poena exemptionem dicentur possidere, dici tamen non possent ejus malæ fidei possessores, quid poenam, tanquam legis aut sententiae judicialis eam infligentis executores, ultro offerte, & vicinum juris sui admonere, non tenentur: quō proinde, si ille non utatur, & poenam fiscus non exigat, fure suo ille & ille privantur potius ob iuam negligentiā, quām ex actione præscribentis, ut rectè obseruant in suis Tract. de j. 8. j. Lessius Lib. 2. cap. 6. n. 21. Molina Tract. 2. disp. 66. n. 3. & 10. & Card. de Lugo disp. 7. f. 4. n. 50.

Quarta; quia duæ illæ & si que in illis similes sunt, actiones ad illas temporis angustias redactæ, litium minuendorum & publici boni intuiti anni vel semestris, & Jure nostro Provinciali quatuordecim dierum lapsu sponte suā in externo extinquentur potius, quām ip[s]i à venditore præscribatur, remanente in interno seu Conscientiæ foro obligatione, ad omnī damni dolō dati refusione; ut, quod justitia commutativa & Naturalis regi-  
tas postulat, omnis inæqualitas emendetur, ut cum Panormit. in c. fin. tit. n. 11. & aliis probè advertunt, Clarissimi Universitatis nostræ Antecessores ex T. Haunold. cit. Tract. 5. n. 185. ex JCT. Arnold. Ratib. Tract. de Ujucap. cap. 1. num. 16.

Postrema; quia legi contraria cont. 3. suetudo non est præscriptio propriæ dictæ cūm si talis esset, ad legem Ecclesiasticam Universalem per viam conlectudinis tel. lendam

Iendam centū anni exigerentur, &c. Ad audienciam 13. Et c. Cūm vobis 14. quod adveratur communi sententia DD. Confiratur; quia per ejusmodi legis abrogationem nullum dominū, aut jus aliquod, communū vel utilitatem afferens, ab uno in alium transfertur: & cum alterius damno nemo locupletatur: sicut sit per proprię dictam præscriptionem. Nequē refert; quod confuetudo esse debeat legitimè præcripta, & fin. de Consuetud. quia talis esse dicitur; quod longo tempore, & sine interruptione frequenter aetibus sit introducta, sicut in præscriptione ita continuata possessio exigitur, ut cum Panormit. in t. fin. cit. n. 7. & Donello tradit. Palao Tratt. 3. disf. 3. p. 5. §. 2. n. 3. & Lib. 1. Tit. q. n. 35. est dictum. Unde

Inseritur, debitum vg. centum ex mutuo aduersus creditorem, ejus solutionem non exigentem, a debito illius conscientio, ulla, etiam longissimo tempore, non præscribi, propter defectum bona fidei aut possessionis; vel enim ejusmodi debiti & obligationis suæ conscientia solvendi voluntatem habet, vel non? Si prius, non possidet jus non solvendi, sive libertatem a debito. Si posterius, hanc quidem possidet, sed cum peccato & mala fide, propter conscientiam debiti, vel certa die, quando haec constituta est, licet non exigatur, solvendi; cum dies pro creditore interpellet & admoveat solutionis. I. Magnum 12. C. de Conrab. Stipul. vel, si certa dies constituta non est, solvendi tempore, in solutionibus Regionis conseruandine & usu observato: aut saltem, si à creditore exigatur, ut cum Felino in t. fin hic n. 3. & Imola ibid. n. 24. docent laudati Molina disf. 66. n. 5. Lugo disf. 7. n. 49. & Haunold. n. 193.

38. Dubium ulterius est, an ad præscriptionem requisitam bonam fidem impedit dubium, an re s, quam quis possidet,

revera sit sua. Impedire & præscriptione obstat, si, an sua sit, quis dubitat initio possessionis, convenit inter DD. & patet ex l. Unica, V. Hoc tantummodo, G. dellisa cap. transform. quia, an res, quam nondum possidet, sua vel alterius sit, dubitans, eam ut suam possidere incipere, non potest sine peccato, bonam fidem excludente, & fin. cit. & propterea omnino necessarium est; ut rationabiliter judicer, rem esse suam: vel esse nullius, aut derelictam; ut ejus dominium ac possessio iusta ipsa occupatione acquiratur, l. Quod enim 3. ff. de Adquir. domin. Gl. 1. §. 1. ff. de Adquir. posse.

Idem cum Ant. de Butrio in t. fin. 39. cit. & nonnullis aliis Soto Lib. 4. de Justitia q. 5. art. 4. censem de ejusmodi dubio, superveniente possessioni, bonâ fidei jam captæ; quod dubitans, an res sit sua, non habeat conscientiam bonâ circa possessionem rei, ut suæ: cujusmodi conscientia constituit bonâ fidei possessorum. Sed melius, hujusmodi dubio superveniente bonam fidem non tolli, cum Glossa fin. in t. fin. cit. Panormit ibid. n. 39. Covarruvia cit. p. 2. §. 7. n. 3. Fachineo Lib. 1. cap. 65. & Molina disf. 67. n. 9. docent cit. Lugo num. 17. & Pirthing ad banc Rubric. n. 36. id defumentes ex can. Si virgo, 34. q. 1. Verbis, Tamdiu quicunque bona fidei possessor rectissimè dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum. Ratio est; quia de possesso ita dubitante verum est, quod non habeat conscientiam rei alienæ; ac proinde possidet bonâ fidei, arg. t. fin. cit. cum possessio in dubio prælumatur esse iusta & jure occupata; quia in dubiis semper præferenda sunt benigniora, l. Semper 56. ff. de R. J.

Aliud esset, si post bonâ fidei possessionem jam inchoatam dubitet, an res sua sit: & per errorem existimans, eam, tali dubio flante, salvâ conscientiâ, posse.

○ ○ ○ fideri

sideri non posse, possessionem nihilominus continuaret; cum enim hujusmodi possessionis continuatio peccaminosa & male fidei sit, inchoatam rei possessionem interruppet ex decreto Conciliari, relato c. fin. iii. generaliter derogante omni prescriptioni, conjuncta cum peccato mortali, & quam complens aliquo tempore conscientiam habet rei alienae: quam utique habet professor rei, quam existimat, illæsa conscientia, non posse detineri, cist. Palao p. 22. §. 7. n. 3. & Pirrhing n. 58.

**41.** Dubium tertio & celebris controversia est, an ad præscriptionem sufficiat bona fides, fundata in inculpata ignorantia Juris manifesti.

Juris, inquam; quia de ignorantia facti ambigunt non potest; cum enim bona fides circa possessionem rei alienæ oriatur ex ignorantia, sive errore circa rei possessio dominium, aut jus eam ut suam definendi, omnino sufficiat ignorantia facti, quæ maxim tolerabilis est, vg. quod pupillus fuerit is, à quo donata vel empta res à donatario vel emptore tanquam sua possidetur.

**42.** De Juris etiam ignorantia inter DD. satis convenit. Primo, eam non sufficere, si crassa & multò magis, si affectata sit; quia hujusmodi (etiam facti) ignorantia non est sine peccato; cum scientia æquipareatur, & ratione præcedeatis negligenter volita censeatur, c. Ute animarum 2. de Confit. in 6. l. Et si i. s. 1. ff. de Contrab. empt. & l. Nec supra in 6. ff. de J. & F. J. & propterea bonam fidem fundare non possit arg. c. fin. cit. cist. Molina dis/p. 64. n. 2. & Palao p. 22. §. 8. n. 1.

**43.** Secundo, sufficere ignorantiam invincibilem Juris non liquidi, sive de ejus sensu variant Interpp. cum; quia talis propriè non est ignorantia Juris; cum de ratione Juris sive legis obligatoriaz sit, esse manife-

stum, can. Erit autem 2. diff. 4. tum verb; quia hujusmodi Juris ignorantia in nostro, tam Conscientia interna, quam extero foro constituit male fidei possessorum; ideoque ea laborantis præscriptioni obstarre non potest, Parnotius p. m. De quarta 4. b/c n. 12. cist. Covatruvias p. 2. §. 7. n. 12. & Molina n. 13. Tertio, etiam Juris liquidi & clari ignorantiam inculpatam sufficere in personis, in quibus Juris ignorantia etiam, cum de lucro apiendo agitur, toleratur; ut sunt pupilli, minores & similes. *Cum ignorantia 2. 8. 1. Quamvis C. de J. & F. J. cum enim in hujusmodi personis Juris ignorantia toleratur, ex ea malæ fides non præsumitur; & propterea, ea non obstante, bona fides Possessores esse consentur, cist. Palao §. 1. n. 4. & Pirrhing n. 62.*

In ceteris personis clari & certi Juris ignorantiam ad bonam fidem non sufficere; eaque temporis saltem ordinari præscriptionem de Jure Civili impedit, patet ex. l. Juris 4. ff. eadem Rubr. l. Non quam 31. pr. ff. de Ufucap. quibus Juris errorem sive ignorantiam in usucapibus possessori prodest, diligenter & generaliter negatur: *Sl. Pro emptore 1. §. 1. ff. Pro empore; quâ & pr. cit. caveretur, eum, qui a pupillo sine autoritate tutoris aliquid emit, id usucapere posse, si pupillum esse ignoravit; non etiam, si pupillum esse sciens, ignoravit, necestatiam esse autoritatem tutoris; quia posteriori Juris, priori autem casu facti duntaxa ignorantia intervenit.*

De Jure autem Canonico cuiuscumque Juris ignorantiam invincibilem ad bonam fidem & præscriptionem, in foro saltem interno, sufficere Medina de Refit. g. 17. & nonnulli alii desumunt ex e. Per venit 4. de Empt. & Vendit. ubi donarius contra repetentem domum, ex donatione invalida acquistatum, se defendit prædictio-

præscriptione. Rationem dant partim ; quod hōc Jure illi solum præscriptioni de-rogetur, quæ conjuncta est cum peccato mortali, c. fin. cit. cuiusmodi & mala fi-des non est, quæ in Juris invincibili & in-  
culpata ignorantia fundatur ; cùm èa la-  
borans non habeat conscientiā rei alienae,  
vel in iustæ possessionis, can. Si virgo cit.

46. Sed verius, etiam hōc Jure, tam in  
Conscientiæ, quām externo foro, ex ejus-  
modi ignorantia ortam bonam fidem in  
præscriptione ordinaria non sufficere ,  
cum Panormit. inc. De quartâ 4. n. 12.  
defendunt Covarruvias in Reg. cit. p. 2.  
§. 9. n. 8. Facheinus Lib. 8. cap. 28. Molina  
disp. 64. n. 4. & Haunold. Tract. cit. n.  
198. Ratio, quā nituntur, unica, sed solida  
est; quod sacri Canones leges præscriptio-  
num Civiles solummodo correxerint, qua-  
tenus foverint peccata, præscriptionem  
permittendō cùm mala fide , in ceteris ve-  
rò non mutant : Imò, quia allegatae  
ejusmodi leges, ab usucacionibus erro-  
rem Juris reincidentes, peccata non fove-  
runt, eas mutandæ causâ non habuerint, ut  
locus sit, arg. c. 1. de Novi oper. nunt. Unde.

Corruit ratio allata pro Opinione  
Medinx ; quia, licet tali ignorantia labo-  
rans non habeat fidem malam moraliter  
& Theologicè, habet tamen malam Civi-  
liter & Juridicè, hoc est, à legibus repro-  
batam. Si dicas, leges procedere ex præ-  
sumptione male fidei in posseſſore, clari  
Juris ignorantiam habente ; quia cùm re-  
spēctu habentis ignorantiam invincibilem  
fallit sit, talis in foro Conscientiæ præ-  
scribet : non difficultis responsio est; quia,  
efco, aliquo modo ex tali præsumptione  
procedant, non tamen ejus præsumptionis  
veritati alligârunt invaliditatem præ-  
scriptionis : sicut nullitatem testamenti  
debitis solennitatibus destituti non alli-  
gârunt præsumptioni fraudis, in particu-  
lari calu intervenientis. Cujus ratio ul-  
terior est ; quia Jura scripta sunt vigilan-

tibus, I. Pupillus 24. in fin. §. Quæ in fraud.  
credit. utque cives ad ipsorum notitiam  
excitarentur, ignorantia damnis obnoxia  
esse, voluerunt, arg. I. Ut perfectius 2. C.  
de Annali except. &c. Vigilanti cit. Haun-  
old. Tract. cit. n. 199.

Non magis quām ratio adversatur 47  
textus ; quia c. Pervenit cit. agitur de  
extraordinaria & longissimi temporis  
30. vel 40. annorum præscriptione: cui,  
quando non exigit titulum coloratum vel  
existimat, led sufficit præsumptus, bo-  
nam fidem ex ignorantia Juris ortam non  
obstat, cum Imola in c. de Quarta cit.  
Covarruvia cit. p. 2. §. 7. n. 6. Lessio cap.  
6. num. 19. & aliis probabilius defendant  
cite. Haunold. n. 203. & Pirthing n. 62.  
quod Jure Civili triennaria & quadra-  
gennaria præscriptio currat cum mala fi-  
de vera, l. Si quis 8. §. 1. C. de Praescript. 30.  
vel 40. annor. &c. Vigilanti cit. ac pro-  
inde multò magis cum facta & præsumpta:  
quod hoc & c. fin. cit. correctum non est,  
nisi quod malam fidem peccaminolam :  
quod eam verò, quæ, ut ex invincibili  
& inculpata Juris ignorantia proveniens,  
cum peccato conjuncta non est, Juris Ci-  
vili dispositio in suo vigore relicta est.

Neque, ut Molina cit. disp. 64. n.  
10. existimat, aliud colligitur ex decisio-  
ne Innocentii III. c. Dudum 31. de Deci-  
mis, decimarum, in donatione, à laico facta,  
ac proinde in Juris ignorantia fundatam,  
præscriptionem reprobantis, cùm ; quia  
in c. cit. casu allegatam longissimi tem-  
poris præscriptionem non probatam, sa-  
tis clarè exprimit textus c. cit. §. Ceterum:  
tum verò ; quia ex una, allegatus fuit ti-  
tulus fundatus in ignorantia Juris : ex  
altera verò parte, quando etiam in lon-  
gissimi temporis præscriptione titulus  
à Jure reprobatus, ut ille est, allegatur,  
alium justum & ad præscribendum suf-  
ficiētem intervenisse, non præsumi : imò

O o 2 præsumi

præsumi, eum non intervenisse, & rem ex illo solo possitam, cit. Fachineo cap. 33. & Arnold, Rath. Tract. de Usucap, cap. 3, n. 34. tradit cit. Haunold, n. 232,

48. Dubium quartò est, an mala fides authoris noceat successori. Bonam illius fidem successori cuicunque prodeſſe, perspicue traditur I. Pomponius 13, §. 1. ff. de Adquir. poſſeff. l. Id tempus 14. ff. & §. Inter 13. Instit. de Usucap, quia author successori rem tradit cum omni jure, ac proinde etiam cum jure præscribendi, quod habuit; ut, si computare tempus, quod rem author bona fide poſſedit, idque cum ſuę poſſessionis tempore coniungere ſive, ut DD. loquuntur, illius temporis accessione uti velit, ei proficiat ad complendam præscriptionem, l. Tu vitium 5. ff. de Divers. & temp. præscript. cit. Molina diſp. 65. n. 3. & Haunold, n. 218. Malam contrà fidem successori de Jure Bavarico non nocere, patet ex Landrecht Tit. 9. art. 7. Jure autem communi prodita est distinctio; vel enim successor est Singularis, qui in re aliqua determinata & Singulari succedit, vg. donatarius, legatarius, emptor: vel universalis, ut bonorum poſſessor & haeres defuncti, qui in universum istius jus, ſive ex aſſe, ſive in certa parte, vg. in ſemifſe, triente, quadrante, ſuccedit.

49. Si prius, authoris mala fides ei non nocet, quod minus, ſi accessione temporis, quod ille rem mala fide poſſedit, non uratur, præscriptione à ſua bona fidei poſſessione valeat inchoare, l. An vitium cit. quia mala fides non est vitium reale, ſed personale: cuiusmodi vitium, cum inhæreat personæ, non rei, ad perlonam ab authore diversam, cuiusmodi successor singularis eft, non transit, cit. Covarruvias §. 9. n. 8. Molina diſp. 65. n. 1. & Palao p. 22. §. 9. n. 7.

Excipendus tamen eft cuiusmodi ſo, successor in re immobili; in hac enim successori authoris mala fides in tantum

nocet; ut eam contra dominum, ſive eum ad quem pertinet, ignorantem, ordinario tempore decem inter praefentes & virginianorum inter abfentes præscribere nequeat; ſed ad hoc opus ſit extraordina- ria ſive 30, ſive 40, annorum præscrip- tione, Autb. Mala fidei C. de Præscript. longi temp. quā, ſive Novella 119. cap. 7. Unde Autb. cit. deſumpta eft, ius verus Julianus eft temperatum, cit. Molina v. 1. Haunold. num. 215. & Pirthing n. 67. cit. Autb. Jure novo, ſicut jurum vg. hypothecar; quod expreſſe de domino loquatur; ita rerum etiam mobilem præcriptionem comprehendit ne- gant; quod di 10, & 20, annorum præ- scriptione, res immobiles ſpectante, lo- quatur; & extensionem, tanquam ve- ris Juris correctoriū, non patiatur: ne- que id ad res mobiles extendi, fuerit illa neceſſitas, & vix opera preium; cum enim res mobiles mala fide poſſeller regulariter furtivæ ſint, rarissimus eft ca- fus, quod a malæ fidei poſſeffore accepta triennio valeant præscribi, ut præca- lios obſervante Bruneman. in Autb. cit. n. 5. & Rath. cit. cap. 2. n. 38.

Si posterius & successor fuerit uni- versalis, opus eft altera, pariter in Jure fundata distinctione, inter successorum universalem mediatum & immediatum. Illi enim ſive mediato successori putat hæ- redis hæredi antefessoris mediati mala fides non obeft; ut, licet in longi ſaltem temporis præscriptione uti nequeat ac- cessione temporis ſui immediati autho- ris, qui malam fidem habuit ſolummodo fictam, camen præscriptionis tempus com- putare ſaltem valeat à propria poſſeſſione; quia defuncti hæredis hares cum authore ſuo tantum mediato una per- fona non censetur; cum duplex fictio Juris ex eodem capite & in eadem cauſa non admittatur, cit. Covarruvias §. 9. n. 6. Molina diſp. 67. n. 7. Palao §. 7 num. 4. & Ha-

- §2. & Haunold. n. 209. Ipsi verò sive de-  
functi proximo hæredi mala authoris fir-  
des nocet; ut ab isto malâ fide possellæ  
rei præscriptionem, ne à propria quidem  
bonæ fidei possessione, sive ab adita hære-  
ditatis tempore, inchoare & trium, decem  
& viginti annorum spatiò complere pos-  
sit, l. Cùm hæres 11. ff. de Divers. temp.  
præscript. l. fin. C. Communia, de Uſucap. &  
9. Diutina 12. Inſtit. de Uſucap. Ratio l.  
cùm hæres cit. redditur, quia hæres, cùm  
in omne ius defuncti succedat, suâ ignoran-  
tiae vitia defuncti, quocum una persona  
reputatur, non excludit, Ita cum Panorm.  
in c. Si diligenter 17. n. 30. & Dyno in Reg.  
Poffessor cit. n. 42. cit. Covarr. §. 9. n. 10.  
Fachineus Lib. 8. cap. 66. Molina disp. 65.  
n. 4. Haunold. n. 208. & Pirrhing. n. 68.  
cum cit. Covarr. n. 7. excipiens Imprimis  
succesorem in dignitate vel alio beneficio  
Ecclesiastico: cui, quod iftius titulum non  
hæredis instar ab antecessore, sed à col-  
latore habeat, beneficium, quod ipse bonâ  
fide possidere cæpit, aliamve rem præscri-  
benti, antecessoris mala fides non obstat.  
§4. Deinde etiam succesorem hæredem, qui  
aliunde quā à defuncto habuit justum  
titulum vg. donationis, emptionis, sicut  
vg. contingit, si defunctus rem, priùs ali-  
cui pignori datam, postea vendat alteri,  
cāque ab illo sive empote hæres emat;  
talis enim rem, quam exempto, ac pro-  
inde justo titulo possidet, ordinario tem-  
pore præscribit, l. An vitium 5. §. 1. ff.  
de Divers. temp. præscript. cit. Covarr. n.  
6. in fine, Molina n. 5. & Haunold. n. 217.  
§5. Dubium quintò & contentio inter  
DD. ingens est, an successori immediato,  
suam duntaxat & bona fide inchoatam rei  
possessionem computanti, mala fides au-  
thoris etiam nocet in tricenaria & qua-  
dragenaria præscriptione; eam enim &  
in hac & quanticunque temporis præscri-  
ptione successori nocere, suadet gemina-  
ratio. Una est, quod successor universa-
- lis non solum omne ius habeat à defun-  
cto, sed Juris fictione una eadēque cum  
eo persona censeatur; ut ejus vitia non  
excludat, illiusque fictionis vigore repu-  
ter possessor mala fidei, de Canonicō  
Jure omnem quanticunque temporis præ-  
scriptionem impedit. Altera; quod  
eodem hoc Jure hæres in foro animæ  
exonerare teneatur conscientiam defun-  
cti, e. sive de Sepult. &c. In literis 5. de  
Raptor, exonerare autem istius conscienti-  
am aliter non possit, quām rei mala fide  
ab eo possellæ relitigatione: quibus ra-  
tionibus ducti, cum Panormit. in c. St di-  
ligenti 17. n. 30. Balbo de Præscript. pr. p.  
3. p. 2. q. & n. 12. Molina disp. 65. n. 4. &  
alii Opinionem hanc ex Electoralis no-  
stræ Universitatis TT. sustinet Haunold.  
cit. Tract. 5. n. 214. & viriliter propu-  
gnant ex JCT. is Fachineus Lib. 1. Consil.  
28. à n. 45. Georg. Everard. Vol. 1. Consil.  
10. n. 59. & cit. Rath. cap. 2. n. 51. secun-  
dus authoritatem istorum & aliorum Ante-  
cessorum Collegii nostri Juri dicí, ean-  
dem Opinionem in causa gravissima &  
longa hæredum successione præferentis.
- Sed postremum hoc, iuxta dicta, non  
probant cit. Molina n. 5. & Haunold.  
n. 217, quod cum defuncto eadem perso-  
na solus hæres immediatus reputetur:  
non etiam remotiores; ne ex codem ca-  
pitè duplex Juris fictio admittatur. Prius  
etiam, sive authoris malam fidem proxime  
hæredi, à propria & bona fidei pos-  
sessione longissimi temporis præscriptio-  
nem inchoanti, obstar cum Baldo in l.  
Nihil 2. C. de Uſucap. pro herede n. 2.  
Aretino in l. Pomponius 13. v. 1. ff. de  
Adquir. poffessor. verisimilius negant Co-  
varr. in Reg. Poffessor p. 2. §. 9. n. 5. Vas-  
qui Lib. 2. Illustr. controverf. cap. 73. &  
n. 72. Thesaur. Q. Q. Forens. Lib. 1. q. 4.  
n. 11. secundum hanc sententiam judica-  
tum afferens in Senatu Pedemontano &

O o o 3 Gilcken

Gilcken de *Præscript.* p. pr. 2. memb. 1.  
cap. 10. n. 33. Quorum hac de re sensus prævalet pondere rationis; quia etiam proximi hæredis in propria & longissimi temporis possessione fundatam præscriptionem nec Civilis nec Canonici Juris authoritas infringit; cum Civili jure tanto tempore præscribatur cum mala fide vera, & conjuncta cum peccato; ut ea munitus fur quoque & prado aduersus pristini domini imperitionem defendatur, l. *Sicut* 3. l. *Omnis* 4. C. de *Præscript.* 30. & 40. annor. & l. 1. § 1. C. de *Annalibus except.* ac proinde multò magis cum mala fide solùm ficta, cum peccato non conjuncta, cujusmodi est hæreditis, qui rem alienam esse ignoravit, ut nemo inficiatur: *Canonicum* autem Jus præscriptionem rejicit & irritat, qua conjuncta est cum peccato & ex isto proveniente periculo animæ, e. *fin.* cit. quod mala fides solùm ficta in possessore, rem alienam non esse, sincerè existimante; ac proinde circa eius possessionem non peccante, non inducit.

Neque rationi huic præponderant adductæ in contrarium. Prior; quia cum fictitia identitas cum defuncti persona tricenaria & quadragenaria præscriptioni non obliteratur de Jure Civili: eaque omni labore peccati, animæque periculō vacat, hæredi hodie quoque non officiet, hoc ipso; quod cum mala fide solùm ficta perfecta *Canonici Juris* dispositione non afficiatur. Posterior; quia hæres ad exonerandam defuncti conscientiam non obligatur, quamdiu rem ab illo mala fide possessim & in se translatam esse alienam ignorat. Neque etiam post præscriptionem cum rei alienæ ignorantia completam; quia ista completâ res aliena esse jam desit, & ipsius propria esse jam capit beneficium præscriptionis tricennariæ, nullum titulum expolcentis, l. *Sicut* l. O-

*mnes* citt. & can. Placuit 15. § 10. 16. g. 3. quod prior dominus ob suam taciturnitatem rem à le abiecisse & alienam Juris interpretatione videatur. Ut proinde præcedens vitium omne purgatum & defuncti conscientia, quantum potest, exonerata jam sit; cum hac purganda hærità restituione rei alienæ, qualis jam dicitur esse.

Dubium sextò & non levis momenti s' controversia est, an mala fides antecelorum Provinciæ, Civitatis, Collegi, aut alterius Universitatis nociva sit succellobus; ut his, vg. jurisdictionem præbentibus, quantumvis ipsi habeant bonam, mala tamen fides antecelorum defunctorum obster. Id certè cum innocentio in c. *Cura* 11. de *Jure Patron.* regant Vasquis lib. 2. illustr. controvers. cap. 71. Balbus de *Præscript.* p. 2. pr. p. 3. q. 17. n. 3. & Gilcken *Trad.* similis p. & memb. 1. cap. 6. n. 22. quod mala fides sit quid facit, l. *Bona* 48. §. 1. ff. de *Adquir. ver. don.* & cadere nequeat in ignorantem, præfertum iustâ causâ: justam autem ciuitatem ignorantia habeat, qui in alterius locum succedit, l. *Qui in alterius* 42. ff. de *R. J.* Imò cit. Gilcken n. 24. ad succelorum præscriptionem sufficere, ait, si antecelorum, rem alienam mala fide possidentum, parti majori succederint rotidem bonæ fidei cives. Ratione è moverit; quod ex utriusque Juris Regula ad omnes referatur, quod publicè sit per majorem partem, c. I. de *Iu. qua à majori* & l. *Quod major* 19. ff. ad *municipal.* & propterea considerandum sit, quâ fide, non à paucis numeris, sed à præcipuis, sive majori provinciæ, civitatis, collegi, vel alterius universitatis parte res possideatur; ut illius jus potius conservetur bonâ plurimum, quam paucorum mala fide labefactetur & convellatur.

Hac tamen & aliis, quas cit. Gilcken ff. congerit

congerit, rationibus suffulta istorum Opinioni contrariam, & mala antecessorum ejusmodi successorum bonam fidem convelli, constanter tenuerunt, & in facto consulti, tribus Germaniaæ nostræ Universitatibus idem respondentibus, unanimi suffragiis subscriptis Collegii nostri Juridici antecessores referente Facheo Lib. 1. Consil. 10. n. 29. & testificante Rath cit. cap. 2.n. 58. quos e Collegio TT. novissimè fecutus est. Haunold n. 219. Rationem reddunt; quia provincia, civitas, collegium & alia similes universitas semper eadem est, nec mutatur, quantumvis in singulorum decendentium locum alii atque alii succedant, l. Proponebatur 76. ff. de Judicis; & propterea, sicut hæres, quod eadem cum defuncta persona reputetur, istius virtus suæ ignorantiæ non excludit. *Cum hæres cit.* ita mala antecessorum fides transeat ad successores; cum, quam illi constituerunt, communitas istorum successione non immutetur. Unde alia hujusmodi successorum ratio, inquit, est, quia aliorum, qui persona ab antecessore diversa censentur: & Baldus in Imperium 3. ff. C. de Juri dicit omn. jud. in præscriptione Universitatis in majori istius parte bonam fidem initio requiri, & rei alienæ scientiam oblivioni traditam pro bona fide non haberi, ait, hinc infensum à populo jurisdictionem, vg. in castrum aliquod, si ab initio in mala fide sit, nunquam præscribi; quod, cum populus idem numerò semper sit, mala fides semper continuari videatur.

In hoc dissidio, sicut posteriorem hanc Opinionem ob DD. eam tuentium autoritatem veneror, sic rationi Jurique magis consentaneam censeo priorem; quia antecessorum mala fides successorum tricentia & longioris temporis præscriptioni non nocet de Jure Civili; cum isto talis præscriptio sine titulo & cum mala fide

vera procedat: *Juris autem Canonici dispositio resiliunt soli præscriptioni malefidei veræ; quod hæc sola in animæ periculum vergat: fictam autem & cum peccato animæque periculo non conjunctam, qualis est hujusmodi successorum, rem, quam longissimo tempore possident, suam esse syncerè existimantium, non afficit; ac proinde in eo, quod Civilij Jure obtinet, robore relinquit.*

Dubium septimè est, an mala fides § 8. Prælati noceat Ecclesiæ. Ratio dubitandi est; quia servi rem, quam scit alienam, ementis mala fides impedit, ne res illa præscribi valeat à domino, eam alienam esse ignorantem, l. Pro emptore 2. §. 10. ff. Pro emptore. Urde Prælati, Ecclesiæ vel Monasterii nomine rem alienam scientes ementis aut detinentis, mala fides Ecclesiæ vel Monasterio nocere videtur. Verum §. cit. textus expressè de servo, rem 59. alienam peculiari duntaxat nomine & sibi quodammodo emente, atque ita prius sibi quam domino acquirente agit & procedit. Casu autem, quod ejusmodi rem, non prius sibi, sed immediate domino acquirit, ipsius mala fides domini, bonam habentis, usucaptioni non obstat, per ejusdem l. §. 12.

Quare ex hoc potius, quam illo sive §. 10. argumentum ducendum, dicendumque est, Ecclesia vel Monasterii præscriptioni solius Prælati malam fidem non obstare; quod generaliter delictum personæ in Ecclesiæ detrimentum non debeat redundare, per Reg. 76. in 6. & Prælatus respectu Ecclesiæ vel Monasterii se habeat instar procuratoris, can. fin. 12. q. 1. &c. Fraternitatem 2. de Donationibus, & tutoris vel curatoris, arg. c. 1. &c. Auditio 3. de in Insteg. refit. Gutierrez de Tucela p. & cap. 1. n. 8. & propterea, sicut mala fides procuratoris & alterius rerum alienarum administratoris domino, l. Quod servus

servo 17. ff. de Liberali causa & l. Quod vulgo 11. ff. Pro emptore: & tutoris vel curatoris pupillo aut minori non nocet, l. Is qui 11. §. 6 ff. Quod vi & clam & l. Neque 198 ff. de R. J. sic etiam Prae-  
lati & alterius rerum Ecclesiasticarum ad-  
ministratoris mala fides Ecclesiae vel Mo-  
nasterio non debeat obesse, ut cum Pan-  
normit, in c. fin. n. 41. & 42. Bartolo in l.  
Qui fundam 7. §. Procurator 6. ff. Pro  
emptore & aliis docet Balbus de Prescript.  
p. 2. pr. p. 3. q. 15. n. 2. & q. 18. n. 3. Gil-  
cken de Prescript. p. & memb. 2. cap. 6. n.  
23. cit. Rath. cap. 2. n. 55 & Haunold.  
n. 220. propter claros textus c. Nibil 2.  
blic. §. 6. cit. & l. Iniquissimum 5. ff. de J.  
& F. J. cuius pr. Iniquissimum videtur  
euiquam scientiam alterius potius, quam  
suam, nocere.

Unde, ad Ecclesiae vel Monasterii pre-  
scriptionem, propter Praelati malam fide-  
m, impedientiam vel interrumpendam,  
exigitur; ut rei alienae conscientiam pre-  
ter ipsum habeat Capitulum vel Conven-  
tus, sive major istius pars, Balbus cit. n. 2,  
quia Praelatus cum Capitulo seu conven-  
tu, vel majori istius parte ipsam Ecclesiam  
vel Monasterium repräsentat. Nisi Ec-  
clesia Praelatum vel Rectorem haberet  
sine Capitulo; cùm enim in hujusmodi  
sive non Conventuali Ecclesia Praelatus  
seu Rector solus idem possit, quod in Con-  
ventuali Praelatus cum Capitulo, Glossa  
in c. fin. V. Repelli, de Locato & Felin. in  
c. Edoceri 21. de Rescript. n. 9. V. Etiam  
in aliis, in Ecclesia, Capitulo carente,  
Praelati seu Rectoris solius, cùm Ecclesiam  
solis repräsentet, mala fides Ecclesiae no-  
cebit, Balbus cit. n. 2. & 3. Casu tamen,  
quod Ecclesia Conventualis Praelatus ma-  
lam fidem solus haberet, ad conscientiam  
suam exonerandam Capitulum seu  
Conventum admonere deberet, rem, ab  
Ecclesia vel Monasterio possessem, esse

alienam; ut eō huic demonstratiō illūste,  
situatio decerni possit, cit. Gilcken ap. 6.  
n. 14. Rath. num. 58. lit. A. & Haunold,  
n. 220.

Dubium octavō est, an ad praescrī-  
ptionem sufficiat fides mala respectu non  
domini, si respectu domini sit bona puta  
si res credatur esse Titii, cùm sit Cai.  
Quod cum Felino in c. Illud 8. n. 1. & aliis  
affirmat Molina cit. Tract. 2. disp. 723. n.  
4. & suaderi videtur paritate habens bo-  
nam fidem, respectu unius partis fundi;  
qui hunc praescribit, ethi malam fidem  
habeat respectu alterius partis, ut idem  
Molina docet Disp. 63. n. 13. Sed, ethi  
hoc verum, alia tamen ratio est habens  
malam fidem respectu non dominii quia  
ille revera haberet conscientiam rei alienae  
& possessionem conjunctam cum peccato  
mortali: in qua fundata praescrīp-  
tionē generaliter rejicitur c. fin. tit. Comita mali  
fide possidens unam partem fundi, refe-  
rit alterius, quem praescribit, non habet  
conscientiam rei alienae & peccaminat  
possessionem; ac proinde ipsi non obstat  
Conciliaris dispositio c. tit. ut cum Co-  
varruvia cit. p. 2. §. 8. n. 5. & Fachingo  
Lib. 8. cap. 34. docent cit. Palao p. 21. §.  
10. n. 2. & Pirrhing n. 76.

Porro bona fidem circa rei, que  
asseritur praescrīpta, possessionem in ju-  
dicio allegandam, DD. passim monet  
cum Baldo in l. Super longi 11. C. de Pra-  
script. long. temp. Non allegandam lo-  
sum, sed & probandam, aliqui voluerē  
apud Hunniūm Vol. 2. in Treutl. disp. 22.  
q. 44. hunc eorum sensum merito rejici-  
entem, cùm; quod in dubio quilibet pra-  
sumatur bonus, l. Meritū 5. 1. ff. Pro Socio,  
& c. fin. junctā Glossā fin. de Praesumpt. &  
idcirco dolum allegans ad probationem  
adstringatur, l. Quotiens 18. §. 1. ff. de  
Probat. & l. Dolum 6. C. de Dolo; tum  
vero; quod bona fides præcipue fundetur  
in igno-

in ignorantia facti alieni; aut juris alii competentis: quam probations non indigere, sed, si scientia non probetur, præsumi. Juris est omnino explorati, l. Verius 21. ff. de Probat. & Reg. Præsumitur 47. in 6. Qua bonæ fidei præsumptio possessori eō saltem casu patrocinatur, quod titulum, saltem apparentem, aut putativum, habet, Bartol. in l. Celsus 27. ff. de Usurp. & Usucap. n. 17.

Eidem possessori, etiam titulō destituto, bona fidei præsumptionem patrocinari, desumi inde viderū; quod defectus tituli & bona fides simul confistere valeant, ut eum Glossa in l. Si quis 8. V. Tenuerit, C. de Prescript. 30. vel 40. annor. tradunt Accursius in l. cit. V. Et idem & Alciatus Reg. 3. præump. 5. n. 3. Sed eorum Opinio veritatis consentanea non est, & aperte convellitur l. Pro barede 11. §. fin. & l. seqq. ff. de Haredit. petit. quibus & l. fin. C. Unde vi. possessionis titulō & causā destitutus, iis saltem casibus, quibus Jus commune titulum exigit, prædonis instar, ac proinde malæ fidei possessor aper- tè reputatur, Bartol. cit. n. 17. & Menoch. de Arbitr. casu 225. n. 4.

64. Præter casum, quod rem sine titulo detinet, existimatio bona fidei in possidente eliditur, & mala fides præsumitur, si ei rem emptuō denuntiatum sit, eam esse alienam, l. Si fundum 17. C. de R. V. Bartol. in l. Celsus cit. n. 18. & ibi Baldus n. 10. si rem emit à statim consumpturo, prodigo, aleatore, luxurioso, Panormit. in c. Si diligenter 17. n. 26. vel non servatis Juris solennitatibus, arg. l. Quemadmodum 7. C. de Agricol. & censit. & Reg. Qui contra 82. in 6. vel infolitis caute- lis adhibitis contraxit; cùm in hoc dolus præsumatur, Glossa marg. in l. Si quis 7. ff. de Condit. instit. & Everard. Legal. arg. 65. loco 104. n. 8. si probetur, possessorum coram aliquibus fassum, se scire, rem esse

alienam: vel eam alterius esse, duorum testimoniorū constet, aut fama in vicinia sit, Felin. in c. cit. n. 5. & Menoch. casu cit. n. 8. si rem à procuratore, eam domini nomine vendente, emit, non inspecto mandatō, & hoc insufficiens vel nullum fuisse, postea deprehendatur, cit. Felin. n. 5. & Panormit. n. 25. si, rem alienam esse, scire potuit ex Jure communi vel municipalī, cit. Menoch. n. 16. si, de jure suo dubitans, titulum procuravit saltem, postquam super re possessa in jus est vocatus, aut se vocandum vehementer metuere cœpit, Idem Menoch. n. 10. & Mascard. de Probat. conclus. 1004. n. 50. à quibus relatis his aliisque

Addi potest casus, quod penes ipsum 66. rei possessorum existunt instrumenta, alite- ra & libri, eam alienam esse perspicue perhibentes; ex his enim, illum malæ fidei possessorum esse, præsumi & probari, cum Cephalio Consil. 361. n. 33. Tiraquelle de Retraç. Lign. §. 12. gl. 1. n. 9. Welenbecio Consil. 8. n. 36. & alii docuere celeberrimi duo Facultatis nostræ Juridicæ Ante-cessores Georg. Everardus Vol. I. Consil. 54. n. 134. & Arnold. Rath. Tract. cit. cap. 2. n. 27. & cap. 3. n. 34. eā ducti ratione; quod quilibet scire & intelligere præsumatur tenorem instrumentorum & scri- pturarum, quæ in scriniis & archivio suo habet, eorum præsertim, quæ jura sua concernunt, aut pertinent ad officium & administrationem, cit. Maledictus Conclus. 1300. n. 21. & Gaill. Lib. 2. Observat. 27. n. 2. quia ea, quæ scire & intelligere debet & facile potest, ignorare nemo cen- setur, arg. l. Non est serendum 12. ff. de Transact. cum scire, & scire debere ac fa- cilē posse de Jure paria sint, l. Quod te §. in fine ff. de Reb. credit. & l. Julianus 29. ibi, Qui sciret & scire potuisset, ff. ad S. C. Maced., idéoque ignorans, quod scire de- buit, nullā excusatione dignus judicatur,

P p p

§. 11<sup>o</sup>

§. ut iraque, in fine, post can. Ideo 14. & cap. fin. dif. 37.

### ARTICULUS IV.

#### De Titulo.

##### SUMMARIUM.

- 67. Prescriptio ordinariè exigit Titulum,
- 68. Seu causam ex se habilem ad dominium transferendum :
- 69. Non quidem validum :
- 70. Sed verum seu coloratum,
- 71. Aut saltē exigitum :
- 72. Nisi iste sit Venditio.
- 73. Sine titulo longi temporis prescriptio non procedit,
- 74. Exceptis servitutibus realibus saltem continuis.
- 75. Longissimo verò tempore etiam res alia prescribuntur :
- 76. Nisi prescribenti adveretur Jus commune :
- 77. Non quidem aliquem incapacem reddens possessionis,
- 78. Neque ei quomodounque :
- 79. Sed vehementer resistens,
- 80. Et ei, contra quem prescribitur, affiſſens.

67. **T**ertia conditio, ad præscriptionem ordinariè requisita, est justus Titulus, c. Si diligenti 17. l. Celsus 27 ff. de Uſurp. ſuſuſcap. § l. Nulla 24. C. de R. V. quia est cauſa & fundamen- tum iusta possessionis ; cum sine eo bona fides haberi nequeat initio possessionis; neque enim credere quis potest, se habere ius poffidendi, niſi credit se habere titulum, ex quo hoc ius oriatur, Covarruvias in Reg. Poffessor p. 2. §. 5. pr. & Haunold. Tom. 1. de J. & J. Ira. &c. n. 178.

Tituli nomine hīc intelligitur Causa possessionis, ex se habili ad dominium transferendum: ut sunt legatum, fiduci commiſſum, donatio, emptio, permittatio, do ut des, transactio, adjudicatio, folio, ſive rei in ſolutum acceptio, ejus pro derelicta habite occupatio &c, ſic enim, licet donator rem, cuius dominus non fuit, ſed eſſe bona fide exiſtabatur, donando, ejus dominium non transferat in donatarium, in hunc tamen transfert conditionem præscribendi, l. l. Si is, qui alienam a f. pro Donato. Eſſe autem hujusmodi titulus potest quadruplices, &

Primū quidem Validus, vg. donatio, & emptio Jure valida : cujusmodi titulus, qui rem poffidet, eam præscribere non potest; quia, translato per eum in ſcri dominiō, haec jam eſt ſua; cum quod mun est, ex alia cauſa meum fieri non poterit, niſi defierit eſſe meum, c. Inter dullos 6. V. Ceterum, de Fide Instrument. & Glosſa ibi V. Quod meum. Propter quam cauſam, eti quis rem ex pluribus cauſis titulis valeat poffidere, l. Poffideri; §. 4. f. de Adquir. poffeff. non tam illam ex omnibus, ſed eō duntatax titulus præſcribit, ex quo illam prius capi potideſſe, §. Sic iraque 14. Inſtit. de Action. § l. Non ut 159. ff. de R. Je. ut recte adveretur. Rath. cap. 3. n. 28. & Bruneman. in l. Poffideri cit. n. 8.

Secundus Coloratus & apparent, ſive, ut à DD. paſſim nuncupatur, verus, ſed invalidus: Cujusmodi titulus eft donatio vg. aut venditio, que, licet ſe poteſt valere, quod vg. à non domino facta ſit, bona tamen fide, pro valida habetur; atque idcirco in donatarium vel emptoriem, licet non ipsum rei donatorem empatve & traditam dominium, uſuapiendi tamen conditionem transfert, eumque habilem efficit, ad eam certo tempore præscribendam. Et